



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De decem mandatis quomodo contineantur in duobus. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

referuntur ad diligendum Deum, & proximum *Au. in enc.*  
 propter Deum. Quod vero timore pœnæ vel ali. *ca. ultimo.*  
 qua intentio ne carnali sit, ut nō referatur ad cha-  
 ritatem, nondum sit sicut oportet, quāmuis fieri  
 videatur. Inimicus enim iustitiae, qui pœnæ timo- *August. de*  
*re non peccat. Amicus vero iustitiae, qui eius amo-* *doct. cap. 1. c.*  
*re non peccat. Omnia ergo hæc summa est, vt* *35. in pr.*  
 intelligatur legi, & omnium diuinarum scriptura-  
 rum plenitudo esse dilectionis Dei & proximi.

## DE DECEM PRÆCEPTIS, QVOMODO

contineantur in duobus mandatis Charitatis.

## DISTINCT. XXXVII. A

Sed iam distributio decalogi: quæ in duobus mā- *Au. ad pr. c.*  
 datis compleetur, consideranda est. Habet enim *sl. de dece*  
 Decalogus decē præcepta, quæ sunt decachordum *chor. to. 5.*  
 psalteriū. Quæ sic sunt distributa, ut tria quæ sunt  
 in prima tabula, pertineat ad Deum, sc. ad cogni-  
 tionem, & dilectionem Trinitatis: septem, quæ  
 sunt in secunda tabula, ad dilectionem proximi.

## De primo præcepto. B

Primum, in prima tabula est, Nō habebis Deos *Au. q. 71. II.*  
 alienos. Non facies tibi sculptile, neq; omnē simili-  
 tudinē, &c. Hæc Origenes dicit esse duo mandata, quæ super *Exo. int. 4.*  
 sed Aug. vnum: hoc n. ipsum, quod dixerat, Nō ha- *Exod. 20. a.*  
 bebis Deos alienos perfectius explicat cum prohi- *Dess. 5. a.*  
 bet coli figmenta, scil. idolum vel similitudinē ali- *Or. hō. 8. ad*  
 cuius rei: quæ duo Origenes dicit distare, ut idolū *illud*  
 sit quod nihil habet simile sui: similitudo vero, *Exodi. 10.*  
 q; habet speciē alicuius rei, vt Verbi gratia. Siquis *Non facies*  
 in auro vel ligno vel alia re faciat speciē serpentis *tibi tomo. x.*  
 vel avis vel alterius rei, & statuat ad adorandum,  
 nō idolum sed similitudinem fecit. Qui vero facit  
 speciē quām non vidit oculus, sed animus sibi fin-  
 xit: vt si qs humanis mēbris caput canis vel arietis  
 formet, vel in uno habitu hominis duas facies, nō  
 similitudinē sed idolum facit: quia facit, quod nō  
 habet aliquid simile sui. Ideo dicit Apostolus, q; a i-  
 dolum